

Disco 10 – Extra Tekst

Venus helpt Aeneas



Na zijn vlucht uit het brandende Troje is Aeneas met een groep vrienden in Afrika terecht gekomen. Wanneer ze daar op onderzoek zijn, komt zijn moeder, de godin Venus, hun te hulp.

Aeneas cum amicis in oram Africae pervenit et ibi errabat, cum subito mater Venus forma puellae filio apparuit et dixit: ‘*Heia advena, quis es, unde venis, cur in hac ora erras? Quid quaeris?*’

Aeneas ei respondit: ‘O puella, ego Aeneas sum, dux Troianorum et deae filius.

Diu *Troiae*, in urbe Priami, habitavi.

Sed postquam Graeci Troiam ceperunt et deleverunt, cito naves paravi et deinde cum *nonnullis* amicorum fugere potui.

Diu frustra per *mare* navigabamus, errabamus, cum subito venti nos huc *egerunt*.

Ubi terrarum nunc sumus? Quis hic est rex?’

Puella respondit: ‘In Africae ora estis.

Non rex, sed regina Dido hic *regit*.

Vobis statim viam ad *regiam* reginae ostendo. Ecce: ibi est.’

Subito Aeneas matrem *recognovit*, sed ecce: iam abierat.

Heia advena = hé
vreemdeling
unde = waarvandaan
hac = deze

Troiae = in Troje

nonnulli (mv) = enkele(n)

mare = zee
agere, perf. egi

regere = regeren

regia = paleis
recognovit = (hij) herkende